


iunxi titulos qui innotuerunt ex locis vicinis Grottamare (prope quod aedis deae Cuprae dedicatio n. 5294 reperta est), Ripatransone, ubi prostant hodie pleraque Marani eruderata, Massignano, Montefiore. — De re municipali Cuprensium parum constat. Magistratus fuerunt duoviri (n. 5305 cf. n. 5289) et fortasse aediles (n. 5306); inveniuntur sexviri et Augustales (n. 5304. 5302). Tribus videtur fuisse Velina (n. 5303. 5334) communis Picentium, licet Maecia quoque inveniatur (n. 5335).

Cuprae maritimae situm etsi olim indicavit titulus n. 5294 notus iam Manutio et Ursino, tamen antiquas parietinas illas qui primi perlustrarint ii sunt a quibus sua habuerunt SVARESIVS cod. Vat. 9140 et Anonymus BARBERINVS cod. 30, 92. Saeculo deinde XVIII cum BONOMII Ripatransonenses reliquiis illis aliquam curam impendere coepissent, Paulus Maria PACIAVDI primus data opera Cuprenses titulos collegit (delle antichità di Ripatransone, qui commentarius insertus est collectaneis Venetis miscellaneae di varie operette vol. 6 a. 1742 p. 73—216, sed et seorsum tum editus et denuo Ripatransone a. 1845. 8. pp. 87 cum paucis additamentis) de saxis omnes diligenter et perite descriptos. Eiusdem collectanea posteriora inscripta 'antiquitates Cuprenses ad . . Hannibalem Oliverium' Parmae in museo repperit et excussit Bormannus. Eum secutus est Iosephus COLVCCI (Cupra marittima antica città Picena illustrata. Maceratae 1779. pp. 167. 4), quocum iungendi sunt libellus


Eugenii Laur. POLIDORI (opposizioni alla Cupra marittima del Colucci ed. 1 Loreti 1782, ed. 2 Osimi 1783), scriptus ut Cupra demonstraretur non Marani stesisse, sed ad Grottamare, ipsiusque Coluccii refutatorii osservazioni critiche sulle obbiezioni alla sua Cupra . . . fatte dal Polidori (Venetiis 1783. pp. 87. 4) et lettere apologetiche in comprova dell' esistenza di Cupra marittima nella contrada della Civita di Marano (Maceratae 1784. pp. 102. 4). Repetiit haec in antiquitatum Picenarum vol. III (Firmi 1788). Coluccius licet nec diligentia nec doctrina Paciaudio aequiparandus, et ipse auctor est non spernendus. Eiusdem aetatis est Caietani TANVRSI sylloge vetustarum inscriptionum Ripis exstantium adiecta editioni Ioh. Garzoni et Theodori Quatrini et Fr. Mar. Tanursi de rebus Ripanis commentariorum (Romae 1781. pp. 164. 8.) p. 144—155 (apud Coluccium, qui reliqua repetiit ant. Pic. vol. XVIII, haec non reperiuntur), sed vix quicquam profert, quo hodie recte utaris. Utiliora sunt quae in tabulis proposuit Ludovicus Antonius VICIONE (Ripatransone sorta dalle rovine di castello Etrusco. Firmi 1828. pp. 218 et tabb. 6. 8). Nostra aetate prodierunt canonici MASCARETTI memorie istoriche di Grottamare (Ripatransone 1841 pp. 95. 8), unde non multum profecimus, et Philippi BRVTI-LIBERATI lettere e memorie sulla via Cuprense (Ripatransone 1840—1862; vidimus commentarios 1—53 et extra ordinem editum n. 63). Ripatransonenses titulos a. 1876 nobis descripsit socius operis Iohannes Baptista de ROSSI.

5286—5288 fastorum reliquiae. Ripatransone in curia.



Rossius descripsit adnotans eiusdem saxi haec fragmenta esse videri.


5289 litterae partis eius quae extat altae sunt mill. 13. Ripatransone in una possessione del seminario PAC. COL.; in Monte Claevo (?) MVR. (ms.). Particula superstes est in curia.



Quae hodie deficiunt, distinxerim litteris inclinatis. — V. l. dedi Paciaudii (Rip.), Mur. ms. et ed. — 1 ICIVS Pac., CIVS Mur. (ms. ed.). — 2 CANINIUS Rossi cum Mur. (ms. ed.), ANINIUS Pac. — 3 AVG. Mur. (ed.). — 4 in. \ om. Mur. (ed.). — 5 in. \ Pac., om. Mur. (ms. ed.). — 6 IVS Mur. (ms.). — RVPIL Mur. (ms.). Cf. n. 5305 v. 1. — 7 RI AEL Pac. Col., D AED Mur. (ms.), AELI Mur. (ed.), DI AELI Tan.


Rossius descripsit quod superest. Paciaudi Rip. p. 197 et apud Mur. 2017, 5 neque aliunde opinor Mur. ms. 21, 231, ubi auctor laudatur Dominicus Conradus. Ex Paciaudio omnino pendent Colucci Cupra p. 109, Pic. 3, 67 et Tanursi p. 151. Quod superest fragmentum ed. Philippus Bruti-Liberati mem. XXVI sulla via Cuprense p. 6.

5290 Marani in hortis S. Bassi PAC. Ibi non extare significat COL.




Servavit Paciaudius Rip. p. 200 et apud Mur. 2017, 6. Ex eo Colucci Cupra p. 110, Pic. 3, 68. Restituit Henzenus vol. 1 p. 472 et diverse ego mon. Ancyr. p. 79. 3 INAMESCI (INAMESO Mur.) Pac. — 6 TACIRAM traditur; est Ἀρτάγαιρα. — ARII Pac., A-R Mur. — 7 TIED Pac.

5291 litteris altis mill. 15. Ripatransone in curia.




Rossius descripsit.

5292 litteris altis mill. 13. Ripatransone in curia.



Rossius descripsit.

5293 Ripatransone apud Alexandrum Buttari Auximatem.



Servavit Colucci Cupra p. 69, Pic. 3, 34. Videtur et hoc fragmentum esse fastorum; sed quo pertineat frustra quaesivi.